Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



281

mauranduos pdicare sup tecta. Et nolite timere eos
qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere: sed
potius timete timete. qui potest et animam et corpus perdere
in gehenam. Nonne duo passeres asse venire nonne et
unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri
autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite
ergo timere multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confite-
bor et ego eum coram patre meo qui est in celis. Ewan
Si quis vult. Sequitur in vigilia sancti laurencii. Sun
In illo tpe. Dixit d. i. d. s. Si quis vult post me 9
venire: abneget semetipsum et tollat crucem suam
cottidie et sequatur me. Qui enim voluerit animam
suam salvam facere perdet illam. nam qui perdiderit animam
suam propter me salvam faciet illam. Quid enim proficiet
homo si lucretur universum mundum. se ipsum autem perdat
et detrimentum sui faciat. nam qui me erubuerit et meos
sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in
maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Dico autem
vobis: vere sunt hic aliqui stantes qui non gustabunt
mortem donec videant regnum dei. Secundum matheum 10
In illo tpe. Dixit d. i. d. s. Nolite arbitrari quia
venerim pacem mittere in terram. non veni mittere
pacem sed gladium. Veni enim separare hominem
adversus patrem suum et filiam adversus matrem suam
et nurum adversus socrum suam. et inimici hominis
domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam
me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam
super me non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam
et sequitur me non est me dignus. Qui invenerit animam